



Universitätsbibliothek Paderborn

**Exempla, Divinæ Iræ, Per Opera Poenitentiae, Nobis
Leniendæ**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§.10. Potentia Dei etiam hominibus communicata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52193](#)

divinae bonitatis immensitas docetur. 103

Ut, tempore Passionis, lumen suum mundo negaret. Ita & in aëre, in aquis, in terris mirabilia facit. 3. Quod possit omnipotentia Dei exequi, quidquid eius voluntas potest velle, nam si Deus aliquid efficaciter vellet, quod efficere non posset, esset miserabilis, & non Deus. Quare sicut omnia, quaecumq^z, voluit Deus, fecit, ita facere *Psal. 113*; potest quæcumque voluerit. *Subest enim 11.* tibi, cùm volueris, posse, ait sapiens. Nefas *Sap. 12.* est igitur de omnipotentia dubitare ei, cùi de voluntate Dei constat; & si non constat, dicendum est: *Domine, si vis, potes.* *Matth. 8.* Constat autem, Deum nolle mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur & viuat. Non est igitur dubitandum, eum posse quæcumque peccatorem educere è lacu misericordiae suæ.

Hæc potentia Dei est talis, vt illi à se & natura sua competat, neque alterius ope indebeat. Ex bonitate tamen sua creaturas quoque participes facit eiusdem potentiae, ita ut unaquaque facere possit, quæcumque suæ naturæ propriæ conueniunt. Hominibus autem & Angelis aliam quamdam altiorem excellentioremque potentiam addit, quam habeant per naturam suam, dum

L 2

illos

X.
POTEN-
TIA D^EI
ETIAM
HOMINI-
BVS COM-
MUNICAB
TA.

164 Cap. VI. Magi conuersi exemplo

illos adhibet ut instrumenta & coadiutores, ad res multas ipsius omnipotentiæ pro.

Phil.4.13. prias, teste Apostolo, qui ait : *Omnia possum in eo, qui me confortat.* Ad omnipotentiam pertinet peccata dimittere, vnde cum Chri-

Matth. 9. stus Paralytico dixisset ; *Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua,* quidam de Scribis di-

xerunt intrasse : *Hic blasphemat;* quia eum non crediderunt esse Deum. Hanc sum-

mam potestatem iniuriæ diuinæ remitten-

dæ, meritò Deus sibi reseruasset ; aut solis angelis dedisset , aut uni Pontifici Romæ concessisset. Et fuisse adhuc magna gratia,

si spe veniæ obtainendæ omnes peccatores

Romam usque excurrere debuissent ; at

tanta est clementia Iudicis summi , ut Apo-

stolis, eorumque successoribus Episcopis,

& sacerdotibus dederit auctoritatem ac po-

testatem remittendi ac retinendi peccata:

Matth. 16. Ad Petrum dixit : *Tibi dabo claves regni calo-*

rum; & quodcumq;₃ ligaueris super terram ,

erit ligatum & in calis; & quodcumq;₃ solueris

super terram, erit solutum & in calis. Deinde

omnibus Apostolis : *Amen dico vobis, quo-*

cumq; alligaueritis super terram, erunt ligata

& in calo, & quacumq; solueritis super terram,

erunt soluta & in calo, rursumque : Acci-

piss

Matth.

18. 18.

pote Spiritum S. quorum remisitatis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, remissa sunt. Absit, inquit S. Hieronymus, nym. epist. ut de his quidquam sinistri loquar, qui Apostolico gradui succedentes, Christi corpus sacro ore consciunt, per quos & nos Christiani sumus, qui in Mach. claves regni celorum habentes, quodammodo can. 18 ante diem judicij judicant. Hanc potestatem etiam D. Hilarius, D. Chrysostomus, D. Augustinus & alij SS. PP. professi sunt; hanc Deus, in suprà memorato exemplo, potestatem D. Basilio datam fuisse demonstravit.

Jam ergo adeste, ô peccatores, & dicite mihi, quid respondebitis Christo, vos dam. naturo? nonnè vestra negligentia peritis? Peccatis? peccatis saepe? peccatis enormiter? nec saepius, nec grauius potuisti pecare, quam Deus potuerit & possit ignoscere. Hanc potestatem dedit, non Angelo, non vni apud Indos querendo, sed Parochio, sed Pastori, sed Confessario vestro.

Qui confiteri vult peccata, ait S. Augustinus, ut inueniat gratiam, querat sacerdotem sciens ligare & soluere; ne cum negligens circa se extiterit, negligatur ab illo, qui cum misericorditer monet. Puella supradicta, maritum

Ioan. 20.
22.

S. Hieron-
tina sunt.
S. Hieron-
im. 2. ad He-
liodor.

S. Hilar-
ius in Mattheo.

S. Chrys-
ostomus l. 3. de sa-
cerdoti.

S. Aug-
ustinus lib. de ve-
ra & falla
poenit.

cap. 10.

X I.
HANC
CONFES-
SARII PO-
TENTIAM
NON ESSA
NEGLI-
GENDAM.

S. Aug-
ustinus
loc. cit.